



BOLETÍN ECLESIAÍSTICO

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

SUMARIO

- I. De las letanias del Sagrado Corazón de Jesús.—II. Resoluciones de la S. R. Univ. Inquisición: *a*) que en las parroquias (la mayor parte de cuyos habitantes son herejes) nuevamente creadas en las diócesis en que fué promulgado el Tridentino, se juzga también publicado el decreto *Tametsi*; *b*) *Iteretur baptismus collatus per modum unctionis in fronte*; *c*) *Affinitas ex copula illicita contracta in infidelitate, impedit matrimonium post baptismum ambarum partium*; *d*) Letras del Rmo. Asesor del Santo Oficio al Secretario de la Congregación del Concilio sobre la subdelegación de facultades Apostólicas delegadas á los Obispos.—III. Exposición y decreto del Ministerio de la Gobernación sobre Beneficencia.—IV. Socios inscritos para el Congreso católico de Burgos.

DE LAS LETANIAS DEL SAGRADO CORAZON DE JESÚS

URBIS ET ORBIS

Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII per Decretum Sacrorum Rituum Congregationis d. d. 27 Iunii superioris anni Litanias Sacratissimi Cordis Iesu adprobavit illasque publice recitari vel decantari in Ecclesiis et Oratoriis dioecesium Massilien. et Augustodunen. atque Ordinis Visitacionis B. M. V. benigne indulisit. Ex eo tempore Romanorum Sa-

crorum Antistitum et religiosarum familiarum piarumque consociationum petitiones ita frequentes ad Apostolicam Sedem pervenerunt ut in omnium votis pateret esse maiorem gloriam et laudem ipsius Ssmi. Cordis cum incremento pietatis per invocationes approbatas ubique diffundi, prouti Ss. Nomen Iesu per Litanias proprias, Rituali Romano insertas, in toto orbe catholico a Christifidelibus publica et communi laude celebratur. Accedit etiam quod Sanctissimus Dominus Noster pro devotione qua fervet erga Amantissimum Cor Iesu atque studio remedium afferendi malis quibus magis in dies premimur, eidem Sacratissimo Cordi consecrare intendit mundum universum. Haec autem consecratio ut solemniori ritu fiat, triduanas preces, praedictis invocationibus adhibitae, propediem indicere decrevit. Eapropter Sanctissimus Dominus Noster ut Litaniae Sacratissimi Cordis Iesu iam probatae et indulgentiis tercentum dierum auctae ubique terrarum tum privatim tum publice recitari et decantari in posterum valeat, concedere dignatus est. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 2 Aprilis 1899.

C. Episcopus Praenestinus Card. MAZZELLA
S. R. C. Praefectus.

L. S.

DIOMEDES PANICI, S. R. C. Secretarius.

LITANIAE DE SACRO CORDE IESU

Kyrie, eleison.

Christe, eleison.

Kyrie, eleison.

Christe, audi nos.

Christe, exaudi nos.

Pater de coelis Deus,

miserere nobis

Fili, Redemptor mundi Deus,

	Spiritus Sancte Deus,	<i>miserere nobis</i>
	Sancta Trinitas, unus Deus,	"
1	Cor Iesu, Filii Patris aeterni,	"
2	Cor Iesu, in sinu Virginis Matris a Spiritu Sancto formatum,	"
3	Cor Iesu, Verbo Dei substantialiter uni- tum,	"
4	Cor Iesu, Maiestatis infinitae,	"
5	Cor Iesu, Templum Dei sanctum,	"
6	Cor Iesu, Tabernaculum Altissimi,	"
7	Cor Iesu, Domus Dei et porta coeli,	"
8	Cor Iesu, fornax ardens caritatis,	"
9	Cor Iesu, iustitiae et amoris receptacu- lum,	"
10.	Cor Iesu, bonitate et amore plenum,	"
11.	Cor Iesu, virtutum omnium abyssus,	"
12.	Cor Iesu, omni laude dignissimum,	"
13.	Cor Iesu, rex et centrum omnium cor- dium,	"
14.	Cor Iesu, in quo sunt omnes thesauri sa- pientiae et scientiae,	"
15.	Cor Iesu, in quo habitat omnis plenitudo divinitatis,	"
16.	Cor Iesu, in quo Pater sibi bene compla- cuit,	"
17.	Cor Iesu, de cuius plenitudine omnes nos accepimus,	"
18.	Cor Iesu, desiderium collium aeternorum,	"
19.	Cor Iesu, patiens et multae misericordiae,	"
20.	Cor Iesu, dives in omnes qui invocant Te,	"
21.	Cor Iesu, fons vitae et sanctitatis,	"
22.	Cor Iesu, propitiatio pro peccatis nostris,	"
23.	Cor Iesu, saturatum opprobriis,	"
24.	Cor Iesu, attritum propter scelera nostra,	"
25.	Cor Iesu, usque ad mortem obediens fac- tum,	"

- | | |
|--|-----------------------|
| 26. Cor Iesu, lancea perforatum, | <i>miserere nobis</i> |
| 27. Cor Iesu, fons totius consolationis, | " |
| 28. Cor Iesu, vita et resurrectio nostra, | " |
| 29. Cor Iesu, pax et reconciliatio nostra, | " |
| 30. Cor Iesu, victima peccatorum, | " |
| 31. Cor Iesu, salus in Te sperantium, | " |
| 32. Cor Iesu, spes in Te morientium, | " |
| 33. Cor Iesu, deliciae Sanctorum omnium, | " |
- Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Domine.
- Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.
- Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
- ÿ. Iesu mitis et humilis corde,
- ŕ. Fac cor nostrum secundum Cor tuum.

OREMUS

Omnipotens sempiterne Deus, respice in Cor dilectissimi Filii tui et in laudes et satisfactiones, quas in nomine peccatorum tibi persolvit iisque misericordiam tuam petentibus, tu veniam concede placatus in nomine eiusdem Filii tui Iesu Christi qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia saecula saeculorum. Amen.

Concordat cum originali, a S. R. C. approbato die 27 Iunii 1898.

In fidem etc.

Ex Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis, hac die 2 Aprilis 1899.

D. PANICI, S. R. C., *Secretarius*.

E. S. R. UNIV. INQUISITIONE

I

In parochiis (in quibus major pars habitantium est haeretica) noviter erectis intra fines Dioeceseum ubi Trid. fuit publicatum, censetur publicatum Decr. «Tametsi».

Beatissime Pater:

Episcopus de Costa Rica in America Centrali sequentia dubia enodanda proponit:

I. Licet nulla extet memoria publicatum fuisse Concilium Tridentinum in dioecesi de Nicaragua et Costa Rica, tamen nunquam in dubio positum est quin ejusdem leges in tota America Latino-Hispanica vigerent (etiam Cap. I, Sess. 24 *de Ref. Matrim.*): nihilominus dubium occurrit utrum haec lex Tridentina publicanda sit in novis parochiis quae eriguntur, speciatim in locis, ubi major pars habitantium est haeretica.

Casus concretus hic est: Portus de Limon anno 1870 regio erat inculta et silvis consita. Primi incolae fuerunt Nigritae haeretici et nonnulli catholici costarricenses. Anno 1893 erecta fuit parochia in eodem portu, ubi degunt 1000 catholici et 4000 haeretici.

I. Vigetne ibidem lex Tridentina quoad celebrationem matrimoniorum propter solam rationem quod terra illa pertineat ad dioecesim ubi publicata censetur lex, an vero denuo publicanda est?

II. Validane sunt matrimonia ab haeticis celebrata coram ministro acatholico vel coram Gubernio in Portu de Limon?

III. Anno 1897, 27 haeretici suos errores abjurarunt et in

Ecclesiam reversi sunt. Quaerit parochus quid cum iis faciendum, qui matrimonium inierunt n. II exposito. Post baptismum conditionalem etc. consensus matrimonialis renovandus est necne?

IV. Utrum conveniat, ad tollenda dubia, Concilium Tridentinum publicare?

V. Utrum conveniat dispensationem petere a S. Sede relate ad matrimonia haereticorum, sicut concessa fuit a Benedicto XIV d. 4 Nov. 1741 pro provinciis foederatis Belgii et Hollandiae?

Feria IV, die 23 Novembris 1898.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab EEmis. et RRmis. DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Ad I. Decretum TAMETSI Conc. Tridentini tanquam promulgatum censi debet in tota dioecesi de Costa Rica; neque proinde necessaria est ejusdem decreti promulgatio in nova paroecia Portus de Limon.

Ad II. Provisum in praecedenti; scilicet Negative.

Ad III. Affirmative; et detur Decret. S. O. 20 Novembris 1876 (1).

(1) Ecce tenorem cit. decreti. "Utrum conferri debeat Baptismus sub conditione haereticis qui ad catholicam fidem convertuntur e quocumque loco proveniant et ad quamcumque sectam pertineant?"

"Resp. Negative, sed in conversione haereticorum, a quocumque loco vel a quacumque secta venerint, inquirendum est de validitate baptismi in haeresi suscepti. Instituto igitur in singulis casibus examine, si comperit fuerit, aut nullum, aut nulliter collatum fuisse, baptizandi erunt absolute. Si autem pro temporum et locorum ratione, investigatione peracta nihil sive pro validitate, sive pro invaliditate detegatur, aut adhuc probabile dubium de baptismi validitate supersit, tunc sub conditione secreto baptizentur. Demum si constiterit validum fuisse, recipiendi erunt tantummodo ad adjurationem, seu professionem fidei.,.

Ad IV. Publicationem necessariam non esse.

Ad V. Negative.

Feria vero VI, die 25 ejusdem mensis et anni, in solita audientia R. P. D. Adessori S. O. impertita, facta de his omnibus SSmo. D. N. Leoni Div. Prov. XIII relatione, SSmus. resolutionem EEmorum Patrum adprobavit.

I. CAN. MANCINI, S. R. et U. Inquis. Not.

II

Iteretur privatim baptismus collatus per modum unctionis in fronte.

Beatissime Pater:

Episcopus N. N., ad Sanctitatis Vestrae pedes provolutus, supplex exponit casum sequentem, et postulat quid theorice putandum, et quid agendum in praxi.

Post mortem recentem sacerdotis N. parochi loci N. in hac dioecesi, certis testimoniis detectum fuit illum a pluribus annis baptismum pueris contulisse non per ablutionem, sed per modum unctionis in fronte cum pollice in aqua baptismali madefacto.

Impossibile dictu quot pueri et a quonam tempore sic fuerint baptizati: multi jam adulti: multi ad alias regiones profecti: multi jam mortui.

Quid putandum de validitate hujus baptismatis et quid agendum in praxi cum sic baptizatis?

Feria IV, die 14 Decembris 1898.

In Congregatione Generali coram EEmis. ac RRmis. DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque

RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Curandum ut iterum baptizentur privatim, sub conditione, adhibita sola materia cum forma absque caeremoniis et ad mentem.—“La mente es que se llame de una manera especial la atención del Obispo acerca de los que, bautizados de la manera dicha, hubieran sido promovidos á las Sagradas Órdenes. Respecto de éstos, si son sacerdotes, preciso es recurrir á la Santa Sede por razón de las misas celebradas,.

Sequenti vero Feria VI, die 16 ejusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Adessori impertita, SSmus. D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobavit.

I. Can. MANCINI, S. R. et U. Inquis. Not.

III

Affinitas ex copula illicita contracta in infidelitate, impedit matrimonium post baptismum ambarum partium

Beatissime Pater:

Praefectus Aplicus N. N. ad pedes S. V. provolutus exponit quod Andreas M. olim paganus, dein conversus ad fidem et baptizatus, ducere vult N. N. catechumenam et baptismo proximam.

Illa N. N. erat secunda uxor (et ideo illegitima) patris Andreae, nunc defuncti, qui in infidelitate habuit quinque uxores, quarum prima, quae legitima est, adhuc vivit. Insuper, praedicta N. N. post mortem patris Andreae, fuit uxor illegitima fratris dicti patris Andreae; et insuper fuerat illegitima uxor avi Andreae. Quapropter Praefectus Aplicus humiliter petit dispensationem ad hoc ut Andreas M. ducere possit dictam N. N., quam dispensationem insuper petit habitualiter pro similibus casibus.

Feria VI, die 14 Decembris 1898.

In Congregatione Generali habita coram EEmis. ac RRmis. DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus, proposito suprascripto supplici libello, rite perpensis omnibus rerum adjunctis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Si ambo sponsi, in infidelitate affines, post susceptum baptismum matrimonio conjungi petant, supplicandum SSmoe pro dispensatione.

Quoad vero facultatem habitualem dispensandi in similibus casibus, Vicarius Apostolicus utatur facultatibus, si quas habet, dispensandi super impedimentis dirimentibus (1):

(1) In casu exposito triplex habetur ex copula illicita affinitas contracta in infidelitate. Illa autem per se non inducit impedimentum canonicum, quia affinitas ex copula illicita est juris ecclesiastici tantum, quod non afficit infideles.

Dubium oriri posset tantum ex jure civili, a quo praefata matrimonia moderantur in his locis infidelium. Si enim vi juris civilis haec affinitas obstat matrimonio, hoc impedimentum recognoscitur etiam ab Ecclesia, ut docet D'Annibale, contra alios (*Summ. L. III, n. 294*).

Verumtamen quando agitur de matrimonio inter catholicum et infidelem, qui priori affinis fuit in infidelitate, omnes docent quod sufficit sola dispensatio disparitatis cultus, ut tollatur etiam impedimentum civile affinitatis, quia, Ecclesia, per dictam dispensationem, tollit omnia obstacula provenientia ex infidelitate.

Non ita tamen, quando ambo sponsi, affines in infidelitate, transeunt ad religionem christianam. In hoc casu (de quo nunc agitur) ambo facti christiani, naturaliter reperiuntur affines, quamvis hoc ligamen contractum fuerit in infidelitate; et ideo subjacent legibus Ecclesiae, quae agnoscunt in tali affinitate, impedimentum dirimens matrimonium. Hoc eruitur ex decreto S. Officii 3 Martii 1825 ad Epum *Quebecen.*, et ex alio S. C. Prop. Fidei 23 Aug. 1852, quod sic sonat:

I. "Vir fidelis, qui adhuc in infidelitate positus cognovit sive publice sive private, illicite tamen, mulierem quamdam sive fidelem sive infidelem, potestne post susceptum baptismum valide et licite matrimonium contrahere cum consanguinea ejusdem cognitae mulieris, si ista consanguinea baptismum susceperit sive ante sive post copulam, de qua agitur?"

Sequenti vero Feria VI, die 16 ejusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Adessori impertita, SSmus. D. N. resolutionem EE. et RR. Patrum adprobavit, et petitam gratiam concessit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. Not.

IV

Letras del Illmo. y Rmo. Sr. Asesor del Santo Oficio al Secretario de la Sagrada Congregación del Concilio

Día 17 de Diciembre de 1898

“En cumplimiento de las órdenes recibidas de los Eminentísimos señores Cardenales Inquisidores Generales, el infrascripto Asesor del Santo Oficio se apresura á participar á V. S. Illma., como norma de esa Sagrada Congregación, lo que sigue:

En la Congregación celebrada el 14 del corriente (Diciembre, 1898), discutida la duda: “*An possit Episcopus Dioecesanus subdelegare, absque speciali concessione, suis Vicariis Generalibus, aut aliis Ecclesiasticis viris, generali modo, vel saltem pro casu particulari, facultates ab Apostolica Sede sibi ad tempus delegatas?*”, los citados Emmos. Padres dieron la siguiente resolución, aprobada por Su Santidad:

II. “Et quatenus affirmative (de quo valde dubitandum), idem infidelis ad fidem conversus, post mortem legitimae uxoris infidelis, possetne matrimonium contrahere cum consanguinea usque ad quartum gradum inclusive ejusdem defunctae uxoris, sive ista consanguinea baptismum susceperit ante sive post mortem praedictae uxoris infidelis?

“S. C. respondit ad I. et II. *Negative.*”

Jamvero quum in nostro casu agatur de duobus affinibus gentilibus conversis ad religionem christianam, requirebatur dispensatio.

Quoties autem habeat quis facultatem dispensandi a similibus impedimentis affinitatis cum christianis, a fortiori dispensare poterit cum christianis conversis ex infidelitate.

AFFIRMATIVE dummodo id in facultatibus non prohibeatur, neque subdelegandi jus pro aliquibus tantum coarctetur; in hoc enim casu servanda erit addamussim forma rescripti.„

Con sentimientos del más distinguido aprecio se repite devotísimo servidor.—CASIMIRO, *Arzobispo de Lepanto*, Asesor.„

SOBRE BENEFICENCIA

MINISTERIO DE LA GOBERNACIÓN.—EXPOSICIÓN

SEÑORA: El Decreto é Instrucción de 27 de Abril de 1875, inspirados en el sentido de vigorizar la acción administrativa, refundieron en una legislación común los servicios de la Beneficencia, dándoles unidad y energía, al intento de conseguir que la Beneficencia particular viniera en auxilio de la pública y de la general, aliviando los presupuestos del Estado, y de organizar unas y otras más en armonía con la ley entonces vigente y de una manera más apropiada para asegurar el sagrado destino de la hacienda del pobre y del enfermo, y procurar su acrecentamiento, estimulando la inagotable caridad de la iniciativa particular.

Grandes han sido los resultados obtenidos con la ampliación de esta reforma legislativa. La Beneficencia particular, orgullo de nuestra Patria, porque simboliza las gloriosas tradiciones de su grandeza, perpetuada en numerosas y ricas instituciones, destinadas á remediar dolencias sociales, á favorecer piadosos objetos, ó á enaltecer insignes memorias, que revelan una gran caridad nacional, un profundo amor al bien, un alto espíritu de protección al infortunio, efecto de los más levantados impulsos del corazón humano, ha logrado escapar de las grandes vicisitudes originadas por los apasionamientos políticos que tanto han perturbado la Administración española; y al entrar, bajo la acción del protectorado,

en el nuevo régimen, no sin los quebrantos consiguientes al transcurso de los tiempos por que ha permanecido en olvido y en abandono, ha podido recuperar su provechoso influjo y ofrecerse á la conveniencia social á que se debe.

Muchas han sido las fundaciones particulares regularizadas; cuantiosas las rentas reivindicadas, y considerables los beneficios con ellas realizados. Las Juntas provinciales creadas por Decreto de 30 de Septiembre de 1873, reglamentadas por la Instrucción de 27 de Abril de 1875 y constituidas por personas distinguidas en ilustración, moralidad y celo por la Beneficencia, han contribuído por modo eficazísimo á estos importantísimos fines. Las luminosas Memorias publicadas por algunas de ellas, y muy especialmente por la de Madrid, ponen de manifiesto los progresos alcanzados, hasta el punto de que, si el Protectorado hubiese podido ejercitar su acción sin las dificultades que ofrece la práctica de toda reforma, nuestra Beneficencia estaría ricamente dotada y satisfaría sus múltiples necesidades sin gravamen del Estado, de la Provincia, ni del Municipio.

Diferentes resoluciones encaminadas á suplir y enmendar las omisiones y deficiencias notadas en la aplicación del Decreto é Instrucción de 27 de Abril de 1875, se han dictado con posterioridad, siendo la más esencial la de 27 de Enero de 1885, que al establecer la nueva organización, régimen y gobierno de los establecimientos de la Beneficencia general, derogó todos los preceptos que acerca de la misma contienen los citados Decreto é Instrucción de 27 de Abril de 1875, hoy notablemente modificados por los Reales decretos de 23 de Mayo de 1879, 27 de Julio de 1881, 3 de Marzo de 1885 y 11 de Marzo de 1890.

Esta diversidad de resoluciones, exigidas por circunstancias de momento, ocasiona dudas y complicaciones en su ejecución que aconsejan y aun imponen la necesidad de redactar y publicar un nuevo Decreto é Instrucción general que refundan y completen las disposiciones hoy vigentes, formando así un solo cuerpo de doctrina que satisfaga cumpli-

damente todas las necesidades de este importante ramo de la Administración pública.

El Gobierno, á quien corresponde el protectorado de la Beneficencia en cuanto afecta á las colectividades indeterminadas, interesado doblemente en el prestigio y consideración que marcan los grados de cultura de los pueblos civilizados, en la proporción con que atienden al cuidado de los decrepitos, de los impedidos, de los locos, de los enfermos y de los huérfanos desvalidos, tiene la obligación ineludible de velar por la integridad de los bienes destinados á tan sagrados objetos, dictando al efecto las disposiciones encaminadas á favorecer su investigación, á proteger su estabilidad, á desarrollar su estadística, á moralizar su administración, á regularizar su contabilidad, á procurar, en fin, la más perfecta organización de este servicio, que el interés público reclama con justificada exigencia.

Fundado en estas consideraciones, el Ministro que suscribe, de acuerdo con el Consejo de Ministros, tiene el honor de proponer á V. M. el siguiente proyecto de Decreto.

Madrid 14 de Marzo de 1899.—SEÑORA: A. L. R. P. de V. M.,
Eduardo Dato.

REAL DECRETO

A propuesta del Ministro de la Gobernación y de acuerdo con el Consejo de Ministros;

En nombre de mi augusto Hijo el Rey D. Alfonso XIII, y como Reina Regente del Reino;

Vengo en decretar lo siguiente:

Artículo 1.º Los servicios de la Administración Central conocidos hoy con la denominación de Beneficencia general y particular, continuarán encomendados á la inspección y protectorado del Gobierno, ejercidos por el Ministro de la Gobernación y la Dirección correspondiente.

Art. 2.º Son instituciones de Beneficencia los establecimientos ó asociaciones permanentes destinados á la satisfac-

ción gratuita de necesidades intelectuales ó físicas, como Escuelas, Colegios, Hospitales, Casas de Maternidad, Hospicios, Asilos, Manicomios, Pósitos, Montes de Piedad, Cajas de Ahorros y otros análogos, y las fundaciones sin aquel carácter de permanencia, aunque con destino semejante, conocidas comúnmente con los nombres de Patronatos, Memorias, Legados, Obras y Causas pías.

Art. 3.º Pertenecen á la Beneficencia general todos los establecimientos clasificados con este carácter, los cuales seguirán rigiéndose por Real decreto é Instrucción de 27 de Enero de 1885 y demás disposiciones dictadas respecto á los mismos.

Art. 4.º La Beneficencia particular comprende todas las instituciones benéficas creadas y dotadas con bienes particulares y cuyo patronazgo y administración fueron reglamentados por los respectivos fundadores ó en nombre de éstos, y confiados en igual forma á Corporaciones, Autoridades ó personas determinadas.

Art. 5.º Las instituciones particulares no perderán este carácter por recibir alguna subvención del Estado, de la Provincia ó del Municipio, siempre que aquélla fuere voluntaria y no indispensable para la subsistencia de las fundaciones.

Art. 6.º En las fundaciones benéficas particulares se respetará siempre la voluntad de los fundadores, y sus patronos, cualquiera que sea el origen legal de su cargo, serán protegidos en el ejercicio de sus derechos.

Art. 7.º Son bienes propios de la Beneficencia particular todos los que actualmente posea, á cuya posesión tenga derecho, y los que en lo sucesivo adquiera por limosnas, donación, herencia ó cualquiera otro de los medios establecidos en el derecho común.

Art. 8.º Cuando estos bienes constituyan capital permanente de las fundaciones, deberán convertirse, si ya no lo estuvieren, en inscripciones intransferibles de la renta perpetua del 4 por 100 interior.

Si consistieren en inmuebles ó derechos reales, se inscri-

birán en el plazo de un año en los Registros de la propiedad respectivos á nombre de las fundaciones á que pertenezcan, hasta que se realice su venta cuando proceda, dándose cuenta por los representantes legítimos de dichas fundaciones á la Dirección general de haberlo verificado.

Los que estén representados por acciones del Banco de España de libre disposición, se convertirán desde luego en inalienables indefinidamente, á nombre de las fundaciones de que proceden.

Art. 9.º Las instituciones de Beneficencia, bien sean actores, bien demandados, litigarán como pobres, así en los negocios administrativos y contencioso-administrativos como en los ordinarios, utilizando al efecto todos los medios legales.

Art. 10. Los bienes y rentas de las instituciones de la Beneficencia no podrán ser objeto de procedimientos de apremio. El protectorado resolverá la forma de hacer efectivas las obligaciones que contra ellas resulten.

Art. 11. Corresponde al Gobierno el protectorado de todas las instituciones de Beneficencia particular que afecten á colectividades indeterminadas y que por esto necesiten de tal representación.

Este protectorado continuará confiado al Ministro de la Gobernación, quien lo desempeñará por sí, por la Dirección general correspondiente y por los Gobernadores de provincias.

Serán auxiliares del protectorado las Juntas y Administradores provinciales y municipales, las Juntas de Patronos y los Delegados y demás funcionarios del ramo.

Art. 12. Se aprueba la adjunta Instrucción para el ejercicio del protectorado que al Gobierno compete en la Beneficencia, y quedan derogadas todas las disposiciones anteriores sobre la misma materia.

Dado en Palacio á catorce de Marzo de mil ochocientos noventa y nueve.—MARÍA CRISTINA.—El Ministro de la Gobernación, *Eduardo Dato*.

CONGRESO CATÓLICO DE BURGOS

Se han inscrito en la Secretaría de la Junta diocesana de Salamanca, como socios para el próximo Congreso católico, que tendrá lugar en la antigua capital de Castilla, los señores siguientes:

M. I. Sr. D. Ramón Barberá, Provisor y Vicario general del obispado, como titular.

D. Fernando Alfonso Pérez, honorario.

D. Juan Cajal Paz, ídem.

D. Martín Domínguez Berrueta, titular.

D. Juan Domínguez Berrueta, ídem.

D. Ángel Vázquez de Parga, ídem.